


Johann Weinmann Leonhard Haas


## **Trias Aphorismorum Theologicorum De Incarnatione Filii Dei Domini Nostri Jesu Christi**

Altdorphi[i]: Scherffius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81983484X>

Druck Freier  Zugang








DISPUTATIONES THEOLOGICAE MISCELLANEA.  
Tomo hoc. XCVII. comprehensives.

Scrutinium Scripturae Sacrae. Pr. D. Puff.	1.	De Triplici Officio Christi. Praef.	25.
Conformitas Iudaeo-Papistica in loco de Scriptura Sacra. Pr. D. N. Gejero.	2.	De Michaeli N. Dehmio.	26.
de Analogia Fidei. Pr. D. Abt. Calovia	3.	De Problemate Theologico. Ad Archi- culus Fulci de Offensione Christi	
de Interpretatione Scripturae S. P. Mylio	4.	in Coctas quicquid deroget verae Corporis lat Sanguinis Eiusd. Prae	
de SS. Scripturae Auctoritate Perfectione ac Perspicuitate. Pr. M. El. Veselio	5.	Sentia in S. Coena. Praef. D.	
de Hermeneutica vera et falsa. ad 2. Pet. 1. 7. 20. 21. Praef. D. Debelio.	6.	Coelestis Mylenta.	
de Cognitione Dei definitiva, an debet Pr. M. Joh. Wemmamo.	7.	De Foenitentiis Bestiarum Nivivi tica ad Ion. c. 3. comm. 7. 8. Praef.	27.
de Sanctissimo Trinitatis Mysterio. Pr. Sebast. Niemamo.	8.	Joh. Fridenco Mayero. Licent.	
de Personarum divinarum distinctione, an et quamam illa sit. Praef. Eodem	9.	De Sigillo Confessionis. Pr. D. Johan.	28.
de Actione Dei prima in tempore, quae dicitur Creatio. Pr. M. Joh. Wemmamo.	10.	Endl. Quae stant.	
de Permissione divina circa peccata. Pr. S. Christiano Chemnitio.	11.	De Numo Confessionario. Noni Prædi- candum. Comment. Auth. P. Miller	29.
de Apparitionibus Daemonum. Pr. D. Joh. Meisnero.	12.	De Satisfactionibus propriis pro pe- nis temporalibus remissionem culpa in hac vita. Pr. D. Joh. Dehmio.	30.
de Natura et Quidditate Luminis Glo- ria. Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo.	13.	De Regula Juris Naturae. Pr. D. Rees.	31.
de Peccato Veniali. Praef. Eodem.	14.	De Confucto Pontificiorum Septe- nario Sacramentorum Numero.	32.
de Peccato in Spiritum Sanctum. Pr. M. Joh. Wemmamo.	15.	Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo.	
de Phrasi Scripturae, qua Deus dicitur Indurata, Excoecare. Pr. D. S. Schmidt.	16.	De Baptismo. Pr. M. Lev. Pouchenio	33.
de Viribus Liberis Arbitrii in Conversione. Pr. D. Sebast. Niemamo.	17.	Quaest. Cas. Cum Abstemijs quid agendum in SS. Synaxi. Praef.	34. 35.
de Actione Dei prima ab aeterno, qua dicitur Praedestinatio. Pr. M. I. Wemmamo.	18.	Analyssi quæst. 1. Cor. 10. Praef.	
de Phrasi Scripturae, Delectionis à libro Vita. Praef. D. Sebast. Schmidt.	19.	Pr. D. Joh. Dehmio.	
de Foemina Circumstante Virum tan- quam novo, quod creavit Dominus. ex Jerem. 31. 19. 22. Pr. Habrophorsio. M.	20.	De Fide in Mesiam Patriarchali ex Genes. 29. 14. 18. Pr. D. S. Schmidtio	36.
de Aphorismo Joh. 1. 14. Verbum Caro factum est. Pr. M. Joh. Wemmamo.	21.	De Donis Openbus. Pr. M. I. Wemmamo.	37.
de Aphorismorum Theolog. de In- carnatione Filij Dei Tom. 1. 1. C. Pr. D. Eodem.	22.	De Donis Openbus. Pr. D. S. Niemamo.	38.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	23.	De Honoru Operum Necessitate.	39.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	24.	Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo.	
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	25.	Inter Clavis Ligantis. Pr. D. Jamhary.	40.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	26.	Tior nova piov de novis actis Excep. 1. 1. 1. Pr. G. Groenio	41.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	27.	Purgatorium exustum à Papistas.	42.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	28.	Pr. D. Joh. Adamo Scherlero.	
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	29.	De Reliquis Christi et Sanctorum Carum Cultu. Pr. D. S. Niemamo.	43.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	30.	De Resurrectione Mortuorum.	44.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	31.	Pr. M. Lev. Pouchenio.	
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	32.	De Resurrectione Impiorum. Pr.	45.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	33.	Pr. M. Meisnero.	
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	34.	Contra Empedoclas Promissionis Adventus Christi Ultimi. Pr. D. Wemmamo.	46.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	35.	De Gemitu Creaturae intelligentis.	47.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	36.	Pr. D. I. Christophoro Stone.	
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	37.	De Appellatione ad Superum. Pr.	48.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	38.	De dicitur Iesum Christum. Pr. E. Gerharo.	
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	39.	Fasciculus Viventium. Praef.	49.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne. Pr. D. Eodem.	40.	Pr. Sebastiano Schmidtio.	

Collecta à M. Antonio Ulrico  
Comp. Tubinga. Anno. 1680  
d. 14. Junij.



TRIAS  
*Aphorismorum Theologicorum*  
DE

INCARNATIONE  
FILII DEI DOMINI NOSTRI  
JESU CHRISTI.

*Cujus*  
*Disquisitionem Publicam*  
Divina juvante Gratiâ

SVE PRÆSIDIO

*Viri admodum Reverendi atq. Clarissimi*

DN. M. JOHANNIS Weinmann/ SS.  
Theologiæ Profefs. Publ. & Ecclef. Minift.  
Præceptoris & Fautoris fui debitâ observantiâ  
& honoris cultu profequendi,

*Exhibet & proponit*

LEONHARDUS HAAS,  
FÜRTHO-NORICUS.

*In Auditorio majori*

*Ad diem Decembris*

ALTDORPHI,

Typis BALTHASARIS SCHERFFI,  
Universitatis Typographi.

ANNO εννοηκώστας

---

M. DC. XXXVII.

83  
74  
91  
90  
9  
4  
4 3

## VIRIS

*Magnificis, Nobilissimis, Amplis. & Prudentissimis*

DN. ULRICO Grundherm / Triumviro,  
 DN. JOH. FRIDERICO Eßelholz à Kolberg / Septemv.  
 DN. GEORGIO PAULO Rüssel/  
 DN. LUCÆ FRIDERICO Behalm/  
 Inelytæ Reipub. Norimb. Senatoribus Gravissimis, &  
 Universitatis Altdorphinæ Curatoribus ac Scholarchis  
 Meritissimis, Laudatissimis,

*Necnon VIRIS admodum Reverendis, Pietate, Eruditione  
 & auctoritate Excellentissimis.*

DN. M. JOHANNI SAUBERTO, ad D. Sebaldt,  
 DN. M. CORNELIO MARCI, ad D. Laurenti,  
 DN. M. JOHANNI WEBERO, ad D. Ægidi,  
 DN. M. CHRISTOPHORO WELHAMERO, ad Spir. S.  
 DN. M. JOHANNI DIETELMAJERO, ad D. Jacobi,  
 DN. M. JOACHIMO WILLIO, ad B. Virginis,  
 Ecclesiasticis ibidem Primarijs vigilantissimis,

*Ut & Spectatissimo ac Prestantissimo*

DN. WOLFFGANGO Francken / rerum pupillarum Secre-  
 tario Fidelissimo,

DNN. Patronis, Evergetis & Promotoribus suis  
 omni observantia & honoris cultu ætatem pro-  
 sequendis,

*Aphorismos hos Theologicos in grati animi munificen-  
 tiorumq. suorum ulterius patrocinium huius-  
 limæ consecrare & offerre voluit, debuit*

LEONHARDUS HAAS, Auth. & Respondens.

M. DC. XXXVII



Θεὸς ἐυλογεῖν

**M**emor ego probè admonitionis istius, quæ habetur Proverb. c. 15. v. 23: *Sermonem opportunum esse optimum*; ut & sententiæ, quæ Sophocli adscribitur: *Omnia tempestiva esse pulchra*; constitui, festivo hoc Natalitiorum Dominicorum tempore, per DEI gratiam in Ecclesia appropinquante, Materiam accommodam, necessariam pariter atq; utilissimam DE MAGNO INCARNATIONIS FILII DEI MYSTERIO, quod est Ἰσὲρ νῆν, Ἰσὲρ λόγον καὶ πᾶσαν κατέληψιν, ut Justinus loquitur, ὡς ἐν τύπῳ, θετικῶς καὶ ἀντιθετικῶς, pio, placidoque commilitonum τῶν θεολογούντων examini subjicere. Ne itaq; omnia huc spectantia afferre velle videar, ἐν τῷ πᾶρόνῳ intra tres duntaxat Aphorismos me continebo, quorum primus erit: *FILIUM DEI verè esse incarnatum, vel assumpsisse humanam naturam*. Secundus: *JESUM Nazarenum esse verum & promissum mundi Messiam*. Tertius: *Mariam Θεοτόκον debuisse virginem esse*.

APHORISMUS I.

*FILIUS DEI verè est incarnatus, vel assumpsit humanam naturam.*

1. In hoc Aphorismo sub considerationem venit vocabulum INCARNATIONIS, quod ἀρχαῖον esse dicimus.

2. Nam quod nos vocamus INCARNATIONEM, Scriptura descensum Christi è cælo, Esai. c. 64. v. 1. Joh.

A 2

C. 6. v.



c. 6. v. 33; adventum in carnē, 1. Joh. c. 4. v. 3; manifestationem in carne, 1. Tim. 3. v. 16; communicationem carnis & sanguinis; item assumptionem feminis Abrahamæ nuncupat, Heb. c. 2. v. 14. 16. Quò respiciens D. Athanasius in Symbolo suo sic scripsit de Christo, Salvatore nostro: *Qui licet DEVS sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem; non conversione Divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in DEVM.*

3. Non tamen vocem *Inarnationis* omninò improbamus, cum quia eâ usi sunt Patrum Latinorum optimi, Hieronymus in cap. 1. Marc. Ambrosius in cap. 29. Luc; Augustinus lib. 10. de Civ. Dei c. 24. 29. mutuari eam haurit dubiè à Patribus Græcis, qui de hoc ipso mysterio loquentes, usurpârunt vocabulum ἐνσωρκιώσεως; cum quia petita videtur ex verbis Sublimis Evangelistarum Aquilæ S. Johannis, ita canentis cap. 1. v. 14: ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, *Verbum caro factum est.*

4. Hisce verè aureis mira brevitate comprehenditur mysterium μονόθετον καὶ ἐξαίρετον (ut nominarunt veteres) ἐνσωρκιώσεως seu *Inarnationis Verbi*, quibus etiam Aphorismum nostrum primum probare, eorundemque simul ἐξήγησιν simplicem instituere proposuimus.

5. Duo autem enodanda veniunt: quorum alterum est *Subjectum*, nimirum ὁ λόγος, *Verbum*; alterum verò *Prædicatum*, σὰρξ ἐγένετο, *Caro factum est.*

6. Per λόγον sive *Verbum*, non intelligimus λόγον ἐνδιάθετον, *verbum mentale*; neque λαλιᾶς ἐν ἀέρι φάνησιν, sive *sermonem accidentalem*, qui in aëre evanescit, & aliàs λόγῳ προσωρμικός nuncupatur: Sed λόγον ὑποστατικὸν ἢ ἐσιώδη, *Verbum substantiale vel personale*, hoc est, ipsum unig

21

unigenitum DEI Filium, Patri & Spiritui Sancto ὁμο-  
σιον καὶ συνάδιον.

7. Patet hoc I. ex additione articuli ὁ, quo, teste Theologo incomparabili D. Chemnitio Harm. Evang. c. I. significatur, Johannem loqui nō de vulgari verbo, aut de externa voce promissionis: sed de illo Verbo, quod Chaldaismus (tunc temporis Judæis familiaris) Messiam nominaturus, vocabat מְשִׁיחַ לִדְבָרָא seu verbum, appellatione ex verbo מְשִׁיחַ deductâ. Loquitur igitur Evangelista de Filio DEI, promisso Messia, juxta opinionem vulgi, ipsumq; τὸν λόγον, *verbum*, nuncupat. & liquet idem ex toto contextu Johannitico, in quo λόγος hic disertè appellatur DEUS, & dicitur fuisse, vel extitisse in principio apud DEUM, v. 1. Omnia per ipsum facta esse, v. 3. Omnia ab ipso vivificari & illuminari, v. 4. 5. 6. Ipsum fuisse in mundo, & fecisse mundum, v. 10. Venisse in propria, & non receptum esse à suis, vers. 11. Credentes adoptasse in filios, v. 12. 13. Carnem factum, & ejus, velut unigeniti à Patre, gloriam visam esse, v. 14. Ipsum ante Johannem extitisse, v. 15 & omnem nobis gratiam communicasse, v. 16. Quæ sanè περὶ σκείματα omnia satis evincunt, nullum alium λόγον, quàm ἰσοσαλὲν hic intelligendum esse.

8. Quare autem FILIUS DEI dicatur ὁ λόγος, inter Theologos reperiuntur, magni aliàs nominis Viri, qui causas appellationis indagare ac perpendere nolunt, rem mysterij propriam in abscondito relinquentes, ab Apostolo verò cum singulari mysterij intentione adhibitam esse statuentes.

9. Interim tamen non desunt nobis rationes virorum profundè doctorum, præsertim S. Patrum, Epiphaniij, Nazianzeni, Basilij, Cyrilli, Augustini &c. qui de-

qui desiderat, is consulat D. Chemn. alleg. Ioc. & D. Pelargum quæst. Evang. in Johan. fol. 7. *Hæstenus Subjectum.*

10. Sequitur *Prædicatum*, quod est: *σάρξ ἐγένετο. Caro factum est.* Ubi nomine CARNIS phrasi Hebræâ, in hoc mysterio, integram naturam humanam, non ex corpore solùm, sed etiam animâ rationali constantem, intelligimus.

11. Novimus quidem vocabulum CARNIS in Sacris esse *πλίσθημον*. Significat enim 1. humanam naturam peccato pollutam, coram Deo ream mortis & damnationis æternæ, ac interdum etiam ipsam carnalem concupiscentiam, Gen. c. 6. v. 3. Joh. c. 3. v. 6. Rom. c. 7. v. 14. c. 8. v. 13. Gal. c. 5. v. 17. &c. quæ significatio à mysterio Incarnationis planè aliena est. Carnem enim peccatricem ὁ λόγος non adsumpsit, Ebr. c. 4. v. 13. c. 7. v. 26. 2. partem corporis mollem & rubicundam, ex sanguine mediocriter resiccato genitam, & fibras musculorum complectentem, uti describit Laurentius lib. 1. Hist. Anat. c. 1. Hoc sensu accipitur Gen. c. 2. v. 21. c. 9. v. 4. c. 40. v. 19. Exod. c. 4. v. 7. 3. totum corpus hominis, Psal. 38. v. 4. 4. Humanam naturam integrâ & perfectam, vel totum hominem in substantialibus vel essentialibus suis partibus, quatenus ex animâ & corpore constat, unâ cum omnibus ejus infirmitatibus & miserijs, quibus hic vivit obnoxius, solo peccato excepto, Psal. 56. v. 5. Psal. 78. v. 39. Esa. c. 40. v. 6. Joël. c. 2. v. 28. Matth. c. 24. v. 22. Luc. c. 3. v. 6. &c. Quæ significatio sola huc spectat. ita ut per Synecdochen nominatâ unâ parte intelligatur totum.

12. Per verbum *ἐγένετο, factum est*, non intelligimus confusionem vel commixtionem, vel conversionem, ut quan-

ut quando aqua fit vinum, aër fit aqua, virga fit serpens: sed carnis veram ac realem in unitatem personæ assumptionem. Quod Gregorius lib. 16. epist. 61. breviter declarat, ita scribens: *Verbum carnem dicimus factum, non immutando, quod erat, sed suscipiendo, quod non erat. Incarnationis enim sua mysterio unigenitus patris nostra auxit, sua non minuit*

13. Alibi quidem verbum hoc ἐγένετο commodè reddi posse per *fuit & extitit*, quod præsupponat fieri non imus inficias. Joh. c. 1. v. 6. Luc. c. 24. v. 19, Act. c. 7. v. 38: Cæterum quod semper, & hoc ipso loco ita sit verendum, Photinianis pernegamus; cum sæpissimè etiam significet *fieri*, ut ex capitis hujus v. 3. 10 & cap. seq. v. 9. videre est.

14. Et hanc esse veram, propriam ac genuinam hujus verbi interpretationem, satis conspicuum est ex locis Scripturæ parallelis, hoc incarnationis mysterium describentibus. Vide modò D. Paulum, qui Gal. c. 4 v. 4. ita scribit: Filium Dei γενόμενον vel factum esse ex muliere. Item Rom. c. 1. v. 3: Filium Dei factum esse, sive γενόμενον ἐκ σπέρματος Δαβιδ. Imprimis verò huc pertinet locus Heb. c. 2. v. 14. 16 ubi perspicuè demonstratur, quod ejusdem valoris locutiones sint: λόγος ἐγένετο σαρξ: λόγος μετέχε σαρκός καὶ αἵματι: λόγος semen Abrahamæ assumpsit. Quibus nunc acquiescimus.

15. Huic nostro Aphorismo primo varij hæretici contradicunt, qui perspicuitatis ergò ad tres potissimum classes reduci possunt; quarum 1. in se continet, qui veram, 2. qui integram, 3. qui nobis consubstantialem fuisse humanam Christi naturam negarunt.

16. In 1. itaq; classe continentur, qui veritatem negarunt, ut Marcion circa annum Christi 155, tempo-

16 AD

21  
re Antonini Pij Imperatoris, & Manichæi, à Mane circa annum 280 sic appellati, delirantes: Filium Dei non assumpsisse verum corpus humanum, sed *Φάντασμα*, & tantum speciem quandam corporis, abusi dictis Rom c. 8 v. 3. Philip c. 2. v. 7. Heb. c. 2. v. 17.

17. II. Classis eorum est, qui integritatem humanæ naturæ in Christo negârunt, ut Apollinaristæ, ab Apollinari, Episcopo Laodiceno in Syriâ, viro magnæ eruditionis & autoritatis, sic dicti; quibus temporis progressu, etiam multi alij suum præbuerunt consensus, asserentes: Christum assumpsisse quidem corpus vivum, hoc est, animâ vegetativâ & sensitivâ prædictum; non autem simul animam rationalem. Hanc suam sententiam corroborare voluerunt ex loco nostro Johanneo jam exposito, ubi *carnis* & non *anima* mentionem fieri dicebant. Sed quid illis respondendum sit, pete ex ch. II. hujus nostri. Aphorismi, ubi de *ὁμωνυμία* vocabuli *carnis* satis monuimus.

18. III. Classis eorum est, qui consubstantialitatem ejus, ut ita loquamur, tollere ausi sunt, ut Valentiniani, à Valentino circâ annum Christi 155 Romæ vivente sic nominati. Imò nostro etiam Seculo Anabaptistæ, Schwenckfeldiani & Weigeliani, statuentes, veram quidem carnem fuisse, quam Filius Dei assumpsit, sed illam non fuisse nobis *ὁμοίωτον*, h. e. ejusdem substantiæ cum carne nostrâ; non ex Maria suam trahere originem, sed de cœlo esse somniârunt, ita, ut Christus habuerit tantum corpus Spirituale sive cœleste, quod per virginem Mariam, velut per canalem transijt. Errorem hunc suum palliare studebant dictis Scripturæ, Matth. c. 1. v. 20. Joh. c. 3. v. 13. 1. Cor. c. 15. v. 4; ad quæ respondendum, data occasione, in ipso aphorismi nostri examine.

APHO-

APHORISMUS II.

*JESUS Nazarenus est verus et promissus mundi Messias.*

1. Duo vocabula in hoc Aphorismo altero sub expositionem veniunt: quorum prius est nomen. JESUS; posterius MESSIAS.

2. Nomen JESUS quod attinet, varij sunt de eo lusus eruditorum ingeniorum. Nihil autem clarius est effato Angelico Matth. c. i. v. 21: *vocabis nomen ejus JESUM.* Origine sua Hebraeum est, sicque scribi solet  $\text{ישו}$ , & ejusmodi Servatorem significat, qui ipso facto nos salvat, quiq; ipsa Salus nostra est. Derivatur a rad.  $\text{ישו}$  salvavit, quam nominis originationem itidem Angelus Domini diduxit, quando porro ait: *Salvabit populum suum a peccatis suis.*

3. Attribuitur quidem etiam aliis in sacro codice, imprimis Josuæ filio Nun, qui populum Israeliticum, post mortem Moſis duxit in terram promissionis, Ios. c. i. & seqq; ac Josuæ filio Iosodeci sacerdoti magno, qui populo Israelitico post reditum ex captivitate Babylonica a summo fuit pontificatu, Hag. c. i. v. i. Zach. c. 3. v. i. Sed alia ratione, alioque respectu, quam Salvatori mundi.

4. Posterius nomē MESSIAS itidē Hebraeum est, nempē  $\text{משיח}$ , h. e. *unctus*, a rad  $\text{משח}$ , *unxit, inunxit*, Ioh. c. 4. v. 25. Huic respondet græcum  $\text{χριστός}$ , latinē *unctus, inunctus*, quod descendit a  $\text{χρίω}$ , ungor, seu inungor. Est autem vocabulum hoc propriè duarum naturarum significativum, teste Damasceno lib. 3. de Orth. fide c. 3.

B

5. Porro

5. Porro in confirmatione nostri Aphorismi contra Iudæos potissimum directi, duo nobis probare incumbunt. Unum est: *Messiam promissum dudum venisse; alterum: JESUM Nazarenum Dominum nostrum esse verum illum promissum Messiam.*

6. Messiam dudum venisse, probamus ex Scripturarum divinarum testimonijs: Gen. c. 49 v. 10. Hag. c. 2. v. 8. 10. Malach. c. 3. v. 1. Mich. c. 5. v. 2. Dan. c. 9. v. 24. & seq. Ex quibus tale necimus argumentum: Quando Sceptrum Iudaicum est ablatum, templum secundum devastatum, locus nativitatis Messiae everfus, & hebdomades Danielis impletae fuerunt certo etiam venit Messias. Atqui jam dudum, ante annos plusquam 1500 hæc omnia facta sunt; E. jam dudum, ante annos plusquam 500 certo etiam venit Messias. Major ex locis Scripturae modo allegatis manifesta est. Minoris certitudinem omnes comprobant historiae.

7. Præterea *JESUM Nazarenum esse verum illum promissum Messiam*, probamus tali Syllogismo: In quo omnia vaticinia de Messia exactè, perfectè & unicè sunt impleta, ille est verus promissus Messias. Atqui in Jesu Nazareno omnia vaticinia de Messia exactè, perfectè & unicè sunt impleta; E. Jesus Nazarenus est verus promissus Messias. Major luce suâ radiat. Minorem nonnullis tantum alijs, præter modo citata, hunc in modum probamus: Etenim 1. Messias debuit nasci è familia Davidis, 2. Sam. c. 7. v. 12. Jesus noster è familia Davidis natus est, Matth. c. 1. Luc. c. 2. 2 Tim. c. 2. v. 8. 2. Debuit nasci in Bechlehem, Mich. c. 5. v. 2. Ibidem etiam natus est, Matth. c. 2. v. 1. 3. Debuit nasci è virgine, Esa. c. 7. v. 14. Jesus noster natus est ex Maria virgine, Luc. c. 2. v. 7. &c. 4. Messias debuit proficisci in Ægyptum.

ptum, & indè à Deo vocari, *Os. c. 11. v. 1.* Noster Messias ex Ægypto, quò propter tyrannidem Herodis secesserat, à Deo evocatus fuit, *Matth. c. 2. v. 14. 5.* Messias debuit educari & versari in Galilæa, & quidem in regione tribuum Naphthali & Zabulon, ac juxta mare lucè accendere, *Esa. c. 9. v. 1.* vndè ei nomen *Nazarenus* attribuitur ab *Esaia c. 11. v. 1.* Messias noster educatus est in Galilæa, & in regione tribuum Naphthali ac Zabulon juxta mare Tyberiadis versatus est, ac lucem Evangelij ibi manifestavit. *Matth. c. 4. v. 14. 15,* & appellatus fuit *Nazarenus,* *Matth. c. 2. v. 23.* 6. Messias tandem debuit multas passiones subire, contumelias experiri, *Esa. c. 53.* flagellis & colaphis cædi, conspui, *Psal. 22.* *Esa. c. 50. v. 6.* crucem gestare, crucifigi, transfodi, mori inter latrones, *ps. 22. v. 17. 18. 19.* In passione sua felle & aceto potari. *Ps. 69. v. 22.* Ejus vestimenta prædicuntur dividenda inter crucifixo- res, *Ps. 22. v. 19.* Ipse post mortem debuit sepeliri, *Esa. c. 53. v. 9;* corruptionem non sentire, *ps. 16. v. 10;* tertio die resurgere, *Os. c. 6. v. 2;* In cælum ascendere, *Ps. 67. v. 6. Ps. 68. v. 19. Zach. c. 14. v. 4;* Sedere ad dextram Dei, *Ps. 110. v. 1;* Discipulos suos Spiritu Sancto replere, *Esa. c. 44. v. 2. Joel. c. 2. v. 28.* Quæ vaticinia omnia in **I E S U M** Nazarenū competere, & jã pridem ante annos 1600 exactissimè & ad amissim impleri esse, non tantùm historia Evangelica, sed etiam aliorum scriptorum documenta satis superque demonstrant.

8. Stat itaque conclusio nostra verissima, quicquid contrà gens Judæa fremat atque insanat: *I E S U M Nazarenum esse verum illum promissum mundi Messiam.*

9. Et quis quæso nostrum tota mente non contremiscat, horreatque? quando audit, legirue, nequam



hosce homines **I E S U M** Nazarenum, quem nos verum Messiam ac Dominum nostrum *Ἰησοῦν τὸν Ναζαρενὸν*, hoc est, verum Deum & hominem piâ mente agnoscimus & veneramus, furiosè blasphemare, appellantes illum non *ישו* sed *ישע*, id est, mendacem & impostorem. Ah! quæ insania hæc est dictu sanè abominanda ac auditu horrenda! quando ad nomen **I E S U**, si soli sunt, ternâ vice in terram exspuunt & dicunt: *ישע רשע*: hoc est, *deleatur nomen ejus*. Alijs ipsorum diris deprecationibus, quas quotidie cum in ordinarijs suis precibus, tum in sermone quotidiano contra nostrum, imò totius mundi Salvatorem evomunt, jam studio prætermisissis, de quibus videatur B. Lutherus Tom. 8 Ienens. lib. de Iudæis; Buxtorf. in Synagog. Iudaica; Ernest. Ferdinand. Iudæus conversus in Flagell. Iud. part. 3. c. 4. & alibi.

10. Duo autem ad nostrum argumentum. I. th. 6. allatum, potissimum excipere solent. Unum est: Impediri viciniorum Prophetarum impletionem peccatis populi Judaici.

11. Resp. Falsissimum hoc. Nam peccata Judæorū nō tam retardare, quàm accelerare adventū Messiaē debuerunt. Venturus enim erat, ut seipsum victimā pro peccatis offerret, Esa. c. 53 v. 7; tanquā agnus Dei peccata mundi tolleret, Ioh. c. 1, v. 29; pro nobis peccatum fieret, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso, 2. Cor. c. 5, v. ult.

12. Alterum, quod regerunt, est: Messiam quidem præfinito à Prophetis tempore in hunc mundum fuisse natum, sed nondum exhibitum. Oportere enim ipsum uspiam delitescere, donec tempus tribulationis populi Judaici expletum fuerit.

13. Resp. Hanc assertionem, manifestè contrariari

riari Haggæo c. 2. v. 8. 10 qui prædixit: brevi seu mox à tempore sui vaticinij, adeoque intra exigui temporis fluxum venturum DESIDERATUM Gentibus. Et Prophetiæ Danielis, qui LXX. hebdomades præfinivit, Dan. c. 9. v. 24. alijsque supra recensitis, ut est in aprico.

14. Ad alterum nostrum argumentum, quod JESUS ille Nazarenus sit verus promissus Messias, quid Judæi regerant, & quomodo singula Prophetarum vaticinia supra th. 7. allegata depravare soleant, videantur Theologi passim.

APHORISMUS III.

*Maria in hebræis virgo esse debuit.*

1. Postremo hoc Aphorismo duo <sup>ἔτιμα</sup> nobis occurrunt evolvenda; quorum prius est **MARIÆ**: posterius **ἱεστίνος**.

2. Illud quod attinet, ajunt Papicolæ & Jesuitæ quamplurimi, Mariam significare *stellam Maris*. Quam sententiam præ cæteris suæ religionis socijs confirmat Lutheromastix Georgius Scherer part. 2. post. p. 93. ita scribens: *Auff hebreisch soll dieser Name heissen ein Meersstern. Mox subdit: conveniunt rebus nomina sæpè suis: die Namen schicken sich offte auff die sachen / welche mit solchen Namen genennet werden. Also schicket sich auch dieser Name MARIA auff die Jungfrau zum treffentlichsten / daß sie ist der rechte Stern des Meers / darauff alle Menschen / die auff dem wilden Meer dieser Welt schiffeten / ihr sonders lich Aug haben.*

3. Quæ apud Jesuitam sequuntur, magis probamus. Nomen scil. **MARIÆ**, hebr. **מרי**, exponi posse *amaritudinem maris*. A nom. **מר**, quod *amarum*, it. *amaritudinem* significat ( semel tantum guttam vel stillam



stillam maris salis apud Esa. c. 40. v. 13. quò haut dubiè respicientes Pontificij, Virginem Mariam *stellam maris* appellant, pro *stilla* imperitè legentes *stella*) & מרי, *mare*.

4. Interim non dicam scribimus illis, qui מרי deducunt à rad. מרר, *amarus fuit, amaricatus est, mutatus est in amaritudinem, & per translationem maruit, affectus est mœstitiâ* &c. Erit proindè appellatio Mariæ ab *amaritudine* simpliciter, propter mœstitiâ illorum temporum. Sicut enim Ruth c. 1. v. 20. Noëmi inquit: *Vocate me Mara, quia amaritudine repleta sum: Ita cum stirps illa in extremas miseras coniecta esset, multæ foemellæ ex illa cognatione nomen Mariæ habuerunt.*

5. Ετυμον θεοτόκος quod concernit, dicitur à θεός, *Deus*, & πύλο *pario procreo*, significatque uno verbo *Deiparam*, quia *JESUM* Salvatorem mundi peperit.

6. Virginitatem hujus θεοτόκος Mariæ, probamus duobus Sacrarum scripturarum testimonijs:

7. Primum desumptum est ex Esaia c. 7. v. 14: *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Immanuel.* Quæ verba non de vxore vel Regis Achazi, vel Prophetæ Esaia, ut Judæi ex cap. seq. 3. v. 3 probare conantur, sed de virgine Maria & Christo ex ipsa nascituro accipienda esse, probamus indè. 1. quia habemus interpretationem in N. T. sine omni exceptione maximam, Matth. c. 1. v. 23. 2. quia filius virginis hujus vocandus erat *Immanuel*. At verò nullo scripturæ testimonio confirmari potest, filium post illud tempus natum vel Achazo vel Esaia, nominatum fuisse *Immanuelem*, aut saltem nomine idem significante. 3. quia conceptio hæc dicitur signum seu miraculum. Sed nullum fuisset signum vel miraculum, vxorem

21  
rem, præsertim juveniliam (qualis hic intelligenda  
esset, per nominis *κατήχησις* exhypothesi Judæorum)  
concipere ex marito, & parere filium. 4 quia expressè  
in fontibus legitur vox *המלך* quæ nupsiam in scriptu-  
ra maritalam, sed semper virginem significat, concu-  
bitus matrimonialis adhuc ignaram & intra paternas  
ædes latitantem. Derivatur enim à rad. *מלך*, *latitavit*,  
*in occulto fuit.*

8. Placet de hac voce adponere verba germanica  
Megalandri Lutheri, quæ habet Tom. 8. tenent. Lib. de  
Schemhamph. sub tit. de nomine Alma & virginitate  
Mariæ fol. 129.: *Steh (spricht Isata) die Jungfraw ist  
schwanger &c. Hiest het das Wort AEMA / davon viel an-  
dere / ich auch / habe geschrieben / das es heisse eine Jungfraw /  
oder Magd / die noch in Haaren wird im Kranke gehet / vnd  
keine Fraw worden ist. Vnd kan mit ein Jüde oder Ebräiss  
weissen / das AEMA etwa in der Schriffte eine Fraw  
heisse / der soll Hundert Gulden bey mir haben / Gott gebe /  
wo ich sie finde.*

9. Testimonium alterum, quo virginitatem ma-  
tris Messiae probamus, est ex Jerem. c. 31 v. 22: *Creavit  
Dominus novum in terra.: FOEMINA CIRCUMDABIT  
VIRUM.* Hæc verba non de Judæis poenitentiam actu-  
ris, sed de Messiae nativitate intelligenda esse. 1. vel ip-  
si præsci Rabbini agnoverunt; sicut ex Rabbi Mose su-  
per Gen. c. 41. patet, ubi etiam alij pro eadem sententia  
citantur. 2. Qua veritatis specie novum dici potest,  
quod Judæi à DEO aversi per poenitentiam ad eum se  
converterint? Quoties illud vel in solo libro Judicum  
(ut alios taceamus) contigisse memoratur? Quare in  
poenitentia Judæorum hanc novitatem super terram  
creandam collocare, nimis stolidum ineptumque est.  
3. Inpro-

8. In primis etiam vox נקבה notetur, quæ non semper maritatem significat, ut Iudæi volunt; cum sit nomen non status, sed sexus, absque respectu ad conjugium, sive carnalem copulam. Quod manifestum est ex omnibus ferme locis, quibus usurpatur. Opponitur enim nomini זכר hoc est, *masculus*. Masculus autem est nomen sexus, ut constat, absque respectu ad conjugium. Sic Gen. c. 1. v. 27: masculum & foeminam creavit eos. Item Gen. c. 5. v. 2. c. 7. v. 3. 9. 16. Levit. c. 3. v. 1. Num. c. 5. v. 3. &c. Confer etiam locum emphaticum Lev. c. 12. v. 7: Ista est lex parientis או לנקבה או לזכר masculinum aut foeminam. Anne pariunt mulieres judaicæ infantes, quæ actu ipso vivunt in conjugio? Ridiculum hoc.

10. Valeant itaque Iudæi Jesu Nazareni ex Maria virgine nati hostes ἀσυνδοί; valeat nefanda ipsorum blasphemia, quæ Mariam castissimam *meretriculam*; Filium verò ejus sanctissimum & ter benedictum זכור *Spurium* appellare non exhorrescunt.


11. Detestamur quoque Helvidium & ipsius assensu omnes, gloriam beatæ virginis Mariæ nimium extenuantes, quorum argumenta, quibus sua deliria suffulcire laborabant, refutavit solidè B. Hieronymus peculiari quodam libello contra Helvidium. It. Epiphanius in hæresi 78. ubi ad minimum decem rationibus illibatam Mariæ virginitatem demonstrat.


12. Nos cum universa Ecclesia Catholica confitemur: Benedicta mater nostri Messiae

*Virgo fuit partum post, in & ante suum.*


Concludimusque: quemadmodum Eva, cum adhuc virgo esset, h. e. pura atq; innocens, seducta à diabolo, nos quoq; seduxit, & à statu virginitatis in statum corruptionis præcipitavit: ita illibatæ virginis filius esse debuit, qui damnū illud humani generis refarciret, collapsamq; integritatem nostram instauraret. FINIS.














s etiam vox נקבה notetur, quæ non semper significat, ut Iudæi volunt; cum sit nomen, sed sexus, absque respectu ad conjugium, nempe lem copulam. Quod manifestum est ex omnibus locis, quibus usurpatur. Opponitur enim hoc est, masculus. Masculus autem est nomen, ut constat, absque respectu ad conjugium. Gen. i. v. 27: masculum & foeminam creavit eos. Gen. c. 5. v. 2. c. 7. v. 3. 9. 16. Levit. c. 3. v. 1. Num. c. 6. Confer etiam locum emphaticum Lev. c. 12. v. 1. lex parentis או לנקבה או לנקבה masculinum autem. Anne pariunt mulieres judicæ infantibus, ipsi vivunt in conjugio? Ridiculum hoc. Valeant itaque Iudæi Jesu Nazareni ex Maria nati hostes ἀποσδοι; valeat nefanda ipsorum Maria, quæ Mariam castissimam meretriculam; Filium eius sanctissimum & ter benedictum προσκαρτεροποιεσθαι non exhorrescunt. Metestamus quoque Helvidium & ipsius assertores, gloriam beatæ virginis Mariæ nimium exornabant, refutavit solidè B. Hieronymus in quodam libello contra Helvidium. In Epistola hæresi 78. ubi ad minimum decem rationibus Mariæ virginitatem demonstrat. Ios cum universa Ecclesia Catholica confitebatur benedicta mater nostri Messias virgo fuit partum post, in se ante suum. Audimusque: quemadmodum Eva, cum adesset, h. e. pura atq; innocens, seducta à diabolo atq; seduxit, & à statu virginitatis in statum concupiscentiæ præcipitavit: ita illibatæ virginis esse deum illud humani generis refarciret, colla-gritatem nostram instauraret. FINIS.